



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt V. a Ex Concilio Africano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

jussit, tametsi aliqui obtenderent esse in scriptis illis pleraque bona, ius verbis: Non obstante, quod in illis etiam aliqua bona ad fallendas simplicium mentes immixta esset. In quo preter justam Sedis Apostolice sententiam etiam laudatissimam veterum PP. institutionem, & consuetudinem omnino exequendam ducimus, qui arrianorum, priscillianistarum, Nestorianorum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum liberos, & in illis contenta omnia, tam bona, quam mala promiscue excusserunt, & annibilarunt, ne id immergitur. Nam si optimi quique cibi unius tantum gutta venenii, quâ humanum corpus laderetur, infusione suspecti sunt omnino abiciendi, quanto magis ea scripta, que tantis & tam noxiis annabas venenis passim infesta sunt, non solum vobis cavenda sunt, sed etiam ne alios noceant, ab omni bonum memoria veniunt oblitanda. Accedit, quod quicquid bonum Martini libris reputatur, id antea à sanctis PP. quos Ecclesia recepit, & approbat, facile dictum, & sapis repetitum, absque ullus periculi, aut malis suspicione legi, & haberi potest. Nec obstat quod dicebamus de libris Tertulliani, Origenis, & similium, qui tolerantur ab Ecclesia; nam hoc procedit, quoniam ex illis magis refutantur eorum errores, siquidem ex eorum antecedentibus scriptis sequentia errata deteguntur. Et licet Hieron. & alii suprà relati libros hæreticorum legerent, id tamen faciebant ut eos refellere, ut hodie etiam conceditur perdoctis viris, ut improbatos libros ad corrigendum legant.

Nec tandem obstat quod de libris Gentilium, & Iudeorum expendebamus, quia similes libri Catholicæ veritati non obsunt; qui enim fidem Christi non ementiuuntur, ut sunt Gentiles, non facile homines ad falsum dogma inducunt, nec posunt per umbram sanctitatis decipere homines simpliciores, immo ex eorum lectio non levius utilitas assequitur ad exponenda, & illustranda tam sacra, quam canonica scripta, ut probavi in cap. final. de etate, & qualitate.

Sed supra traditis obstat factum Zachariæ Papæ relatum in ea epistola, qua est 138. inter epistolæ sancti Bonifacii, ubi refertur Zachariam prohibuisse igni tradi libros Adelberti insani hæretici, quos Synodus Romana cremari jussit. Igitur quia libri hæreticorum non sunt configendi, nec comburendi. Pro eius difficultatis solutione dicendum est, Papificem prohibuisse libros Adalberti flammis subjici, non ut eorum incolumenti consuleret, sed ad perpetuam confusionem ipsius Adalberti, & ejus sectatorum voluit exemplar unum in scriniis Romana Ecclesiæ servari, quia libri illi pleni erant impietatis crassissimis, & apertissimis, Adalbertusque à plerisque colebatur ut Sanctus. Unde Ecclesiæ interfuit cius libros non prorsus aboliri, ut si quando res ferret, ex operibus probaretur impietas auctoris, ut docuit Theophilus dicit. tract. de bono & malis libris, ero them. 3. num. 26.

C A P V T V.

a Ex Concilio Africano.

Item constitutum est, ut si quis Episcopus hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos, Ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullo modo b recitetur, nec c excusari possit, si intestatus deceperit, quia utique debuit factus Episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

N O T A E.

1. a Africano.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 8. reperturque textus hic in Codice canonum Ecclesiæ Africanae. 81. prout in presenti transcribitur, & canon editus fuit in Synodo Carthag. ubi apud Balsamonem, & Zonaram in ordine 84. canon hic ita legitur: De Episcopis hæreticos, vel Gracos hæredes relinquentibus, similiter definitum est, ut si quis Episcopus hæreticos, aut Gracos, sive sint consanguinei, sive à consanguinitate alieni, hæredes Ecclesiæ prætulerit, etiam post mortem ei dicatur anathema, & nomen ejus inter Dei sacerdotes minime referatur, nec posse excusari, nisi intestatus excesserit, quoniam cum factus est Episcopus, justam debet facere rerum suarum dispositionem sue professioni convenientem. Pro presentis autem inscriptionis expositione repetenda sunt quæ adduxi in cap. 1. de arbitrio.

2. b Recitetur.) Inter Missarum solennia, cum ex diptycha nomina Episcoporum defunctorum recitabantur, sciendum enim est, jam à temporibus Apostolorum diptychas in usu fuisse. Est autem Diptychon Ecclesiasticum tabula, in qua

nomina Episcoporum Catholicorum, sacerdotum, ac fidelium beneficiorum Ecclesiæ scribabantur, quorum nomina solebant recitari inter Missarum solennia, ut constat ex epistola Ægyptiorum Episcoporum ad Anatolium Patriarcham CP. ibi: Diptychon est, in quo venerabilium pia memoria transitus ad celos habentium Episcoporum vocabula habentur, que tempore sacrorum mysteriorum secundum Sanctorum regulas leguntur. Ex Alcuino lib. de celebrat. Missar. ibi: Post ergo illa verba quibus dicitur in somno pacis; usus fuit antiquorum, sicut etiam usque hodie Romana agit Ecclesia, ut stetim recitarentur ex diptychis nomina defunctorum. Et tabula hæc duplex erat, quarum una vivorum, altera mortuorum nomina continebat, ut ex eis in sacrificio Missæ nomina recitarentur. Dionysius de Ecclesiæ hierarch. cap. 3. ibi: Et cum se mutuò omnes salutaverint, mystica sacrarum tabularum recitatio sit. Ex prima recitabantur nomina Episcopi superstitis, Regis, seu Imperatoris, ut probavi in cap. 1. de celebrat. Missar. & ejus qui oblationem faciebat. Concil. III liber. can. 29. ibi: Energumenum, qui ab spiritu erratico agitur, hujus nomen ad altare cum oblatione non esse recitandum. Et cap. sane 24. quest. 6. cap. obest 50. 11. quest. 3.

quest. 3. cap. viii. de consecr. dist. 3. Concil. Emerit. can. 19. Prinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem praesesse, pro singulis diebus Dominicae sacrificium Deo procuret offerre & eorum nomina, à quibus eas Ecclesiæ constat esse constratas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiæ videntur, aut vix sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ: quod si ab hac discesserunt, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine. Innoc. epist. 1. ad Decentium. D. Chrysoftom. in sua liturg. ibi: Diaconus incensat in circuitu sacram mensam, & diptychas defunctorum autem, & vivorum uix sunt memoriam facit. Unde colligitur, non ideo diptycham dictam esse, quod gemini essent libri, unus viventium, alter mortuorum, ut existimat Meursius in suo Lexico Graeco Barbaro, verbo Diptycha, cùm unus idemque liber utrumque nomina continere soleret, & duabus tabulis constaret, ut probat Rosveidius in Onomast. verbo Diptycha. Vivorum, qui diptychis iis inscribi solebant, meminerunt Concil. Chalcedon. ad. 11. Ioannes Diaconus in vita sancti Gregorii, lib. 4: cap. 23. Ad diptycham autem defunctorum spectant 6. Synodus ad 13. ibi: Hos sanctæ memoriae tres viros, id est Thomam, Ioannem, & Constantimum prævidimus in indemnitate manere, atque in sacris diptychis sanctorum Ecclesiæ recitari. Theodoretus lib. 5. Eccles. Histor. cap. 35. Cyprianus epist. 37. ad Clerum. Denique & dies eorum, quibus excedunt, annote, ut commemorationem eorum inter memorias martyrum celebrari posimus. Iustinianus Imperat. in epist. ad 5. Synodus generalem, quæ est C P. 2. ibi: Sicut & eos, qui iniuste condemnati sunt, revocaverunt post mortem, & in sacris diptychis scripserunt. Permanit hujus ritus commendandi tam vivos, quam defunctos in Missa consuetudo hodie in canone Missæ, cùm primo viventium in priori Memento, deinde defunctorum in secundo mentionem facimus; plura de ipsis diptychis, & earum usu congeserunt Stephanus Durantius de ritibus Ecclesiæ cap. 43. Angelus Roca in not ad Sacram D. Gregor. column. 64. P. Higueria in notis ad Luitprandum in diptych. Tollet Rosveid. ad vitas Sanctorum PP. in Onomast. verbo Diptychion, Menardus ad concord. regul. cap. 4. Baronius tom. 6. anno 430. & 518. Berterius Pithanon diar. 2. Christophorus Buberus in notis ad lib. 10. Venantii, 2. Vargas in notis ad Luitprandum, Chron. fol. 11. Altefæra de Dibibus c. 17. Castro de iusta heretic. punit. lib. 2. cap. 20. Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 17. Penna ad Eym. 2. part. comm. 4. pag. 99. Petrus Herodius rer. judic. lib. 1. tit. 6. cap. 22. Andreas Saufay in apparat. ad Martyrol. Gallic. cap. 8. & 9. Hallier de Hierarch. Eccles. lib. 4. art. 6. §. 2. Ant. Augusti in epit. jur. lib. 18. tit. 12. Alba spineus lib. 1. observat. cap. 7. Loaylas in not. ad Concil. Tolet. 11. can. 12. Pamelius in not. ad Cypr. epist. 10. Zerdain advers. cap. 143. Cironius ad tit. de baptism. Landmeter. lib. 2. de veteri monach. cap. 81. Lindembrog. in Glossar. leg. antiqu. verbo Nominum recitatio. Crelpetius in summa, verbo Nomen. Durant. de Missa rit. lib. 2. capit. 43. Gabriel Alba spineus lib. 1. observ. capit. 7.

3. c. Nec excusari posse. } Zonaras in notis ad hunc canonem agnoscit difficultatem horum ver-

borum, & ita existimat, posse interpretari, si ab intestato moriatur Episcopus omni defensione privatus, si non distribuerit competenter bona sua, cùm oporteat alium facere inventarium rerum mortui Episcopi competens, sive debitum ejus admonitioni; admonetur etiam, inquit, creatus Episcopus canones servare, qui jubent, ut pauperum, & hospitium amici sint, & liberales. Sed rectius Balsamon in scholis ad hunc canonem ait, testamentum hoc casu tanquam contra leges factum, nullum esse, & hæreticos, seu Paganos hæredes institutos nihil ex eo capere possunt, ita ut Episcopus ab intestato decesse videatur; nec tunc posse conqueri, quod ab intestato deceaserit, cùm debuerit dum superest fuit, de bonis suis disponere, aut ritè de eis testamentum condere, capaces hæredes instituendo, non vero incapaces, ut sunt hæretici.

COMMENTARIUM.

EX hoc canone sequens communiter deducitur assertio: **Epiſcopus hæredem instituens hæreticum, seu paganum, consanguineum, vel extraneum, traditur seu paganum, consanguineum, vel extraneum etiam post mortem anathematizatur, & nomen eius ex diptychis defunctorum tempore Missæ non recitat.** Conclusio Probandit cam textus in cap. in eis 6. hoc tit. Concil. Constantinop. 2 quod 5. Occumenicum dicitur, collat. 5. ibi: Sextilianus Reverendissimus Episcopus de Africana provincia, vires agens Primus religiosissimi Episcopi Carthaginensis, & in medio stans hec dixit: Quoniam proposita sunt sancta Evangelia, & oportet unumquemque ea, quæ sunt sua scientia ad propositam questionem pertinencia facere manifesta, doceo sanctum vestrum Concilium, quod anterioribus temporibus in nostra provincia multi Episcopi congregati, & quedam de diversis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de Episcopis defunctis, qui hæretici suas facultates relinquunt, ita ut post mortem anathematizantur illustrant cam Jutell. in notis ad can. 81. codic. Eccles. Afric. Zonaras & Balsamon in schol. ad can. 84. Concil. Carthag. Cironius in part. ad tit. de testam. Mendoza lib. 3. Concil. Illyber. cap. 60. Alba spineus lib. 1. observ. cap. 7. Thomas Delbene part. 1. de offic. Inquisit. dubit. 1. 47. coroll. 3. Suarez de fide, disp. 18. sect. 6. numer. 9.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem in furore: **Epiſcopus Dominus est non impinguolū bonorum proprii patrimonii, verum & natura fructuum sui Episcopatus, ut probavi in cap. 1. de tradita testam.** Igitur potest de eis testamentum condere, assertio. & quos voluerit, hæredes instituere, tam consanguineos, quam extraneos, sive Hæreticos, sive Paganos. Augerit difficultas hæc ex eo, nam et si Episcopus peccare hæredes instituendo hæreticos, aut paganos, tamen non ideo post mortem excommunicari debebat; nam criminis morte extinguntur, scilicet cum reus vinculis corporis naturali dissolutori digrediens est, cap. quorundam, 23. dist. 1. contra, §. bis qui ad majas. ff. de re judic. 1. 3. 1. defuncto 6. ff. de public. judic. 1. ex judiciorum 20. ff. de accusat. 1. si pena 20. ff. de paris, 1. 1. ff. de privat. delict. 1. confititum 33. ff. de O. & 2. 1. 1. & 2. C. si res, vel accusator, cap. admodum 32. quest. 2. cap. causam, cl. 2. quæ fil. stat legit. cap. a nobis, el. 2. de sent. excommunic. 1. 7. tit. 8. part. 3. 1. 7. & 23. tit. 1. p. art. 7. Probant D. Thomas a. 2. quest. 104. art. 1. Si manches

manchas in enchrid. tit. 62. num. 1. & de Catholic. tit. 18. num. 2. Carena de offic. Inquisit. part. 2. tit. 19. §. 1. numer. 1. Donel. & Cujac. in l. unic. C. ex dict. defundor. Ant. Gomez lib. 3. variar. cap. 1. num. 77. & 85. ubi plures Aylton, Petrus Barb. in l. filius. 15. ff. de judic. Robertus lib. 1. rev. judic. cap. 10. Pichardus in §. non autem, Infir. de perpetuis, & tempor. Schifordeg. ad Fabrum lib. 1. tract. 10. queſt. 10. Amaya in l. eorum. C. de jure fisci. num. 4. lib. 10. Unde contra defunctorum sententia proferri non potest, l. de qua re 74. §. cùm absentem, ff. de re judic. l. in summa 49. §. final. ff. de re judic. juncti traditi a Maſtrillo decif. 137. Cabedo decif. 196. Nam cùm qui moriuntur, quasi ad superius tribunal adducantur, juxta Gloſſam in cap. 1. 26. queſt. 7. à judicio humano subtrahi debent, cap. quorundam. cap. epiftola. 23. dict. Hadrianus II. in epiftola ad Carolum Calvum: Atque de his, qui ad Dominum migraverunt nobis, facile judicare non licet; cùm enim in manu Dei iudicis confiant, humana definitionibus quidquid de his tribuatur, non solum presumptionis, sed & damnationis est prouisus iudicium. Acedit ratio Pauli in l. si pona 20. ff. de pa- ni, ibi: Quia pona confititur in emendationem hominum, quae mortuo eo in quem confitui videtur, definit. Quam illustrant Solorzonus lib. 1. de par- vici. cap. 1. & 2. Amaya ubi ſuprà, num. 7. & lib. 2. obſerv. cap. 4. numer. 1. Guacinus deſtione 35. capite 27. Philippus Camerarius operis ſucces- cap. 4. quod in excommunicatione infligenda principiū procedit; nam excommunicato prohibetur communicatio cum fidelibus ad hoc ut ru- bore suffusus citius à peccato respicat, cap. pie, de ſentent. excom. lib. 6. Quia ratio cum cellet in mortuo, propterea quod non est amplius capax penitentia, cap. qualis, 26. dict. excommunicatio cefare debet, ex l. adigere, §. quamvis, ff. de jurepa- tron.

Quà dubitandi ratione non obſtantē vera eft
præſens aſſertio, cuius ratio provenit ex eo, nam
hæretici prohibentur capere aliquid ex testamen-
to, & quoconque ſucceſſionis modo, in detec-
tionem tanti criminis, ex cap. ſequenti, l. Mani-
chæos, Authent. credentes, l. Arriani, §. cunctos,
l. que de Samaritanis, C. hoc. titulo, l. 16. titul. 1.
partit. 6. l. 4. tit. 26. partit. 7. cap. excommunicati-
mus, §. credentes, hoc titul. Proband Simancas
de Catholic. titul. 46. numer. 56. Rojas de hæretico-
ſing. 79. Tiber. Decianus lib. 5. tract. criminis,
cap. 44. Farinac. de hereti queſt. 179. numer. 94.
Queſada queſt. 18. per tot. Ricciulus de jure per-
ſon. lib. 5. capit. 27. Mieres de majorat. part. 1.
queſt. 1. numer. 131. Sanchez lib. 2. ſumma,
cap. 14. Azor. part. 1. infit. lib. 5. cap. 8. queſt. 1.
Vafequez in 1. 2. queſt. 9. art. 5. Unde cum Epifcopo,
cui ſpecialiter ratione officii competit ex-
ſtippare hæreticos, ut probavi ſuprà in cap. 2. hæreti-
cos instituit hæreticos, ſive consanguineos, ſive
extraneos, quia quodammodo eos fovere vide-
tur, excommunicationem incurrit, cuius ratione
etiam poft mortem anathematizari valet; id enim
importat dictio illa ſaltem, quâ innuitur, quod
ſi adhuc Epifcopus vivaret, excommunicandus
erat; ſed quia jam deceſſit, ſaltem poft mortem ei
anathema dicatur, quia excommunicatus deceſſit;
cui poenæ conſequens & illa eſt, videlicet no-
men ejus ex diptycha defunctorum non recitatetur
nam illorum Praefulym, qui in hæreticos ſuspicio-
ne, vel pertinacia erant defuncti, nomina ex hu-

juſmodi ſacris tabulis eradebantur. Unde ſexta Synodus Patriarcharum, qui Monothelitarum impium dogma propugnaverant, effigies de Ecclesia jufſit auferri, corumque nomina ex ſacris diptychis oblitterari: Deinde abſtulerunt de diptychis (ait Anastasius in Agathone) nomina Patriarcharum, vel de picturis Eccleſie figuræ eorum, id eſt Cyri, Sergii, Pauli, Pyrri, Petri, per quos error Orthodoxa fidei uſque nunc pullulaverat. Iuſtin Imperator in confessione rectæ fidei aduersus tria capitula, ſeu in editio de fide Catholica, quod habe-
tur poſt 5. Synodum, ibi: Itaque & omnis plen-
tudo Mopsuestena Eccleſia, in qua Epifcopus dicitur
fuſſe, cùm inveniſſet quod Paganis, & Iudeis, &
Sodomitanis à sanctis Patribus connumeratus eſt,
deleverunt ipſi ex illo tempore eſt ſacris Eccleſie dipty-
chis ejuſ nomen. Plura Baroniſus tom 7. anno 518.
& 519. Nec modò hæreticorum, ſed eorum quo-
que Praefulum, qui gravi fama macula laborave-
rant in moribus, non ina ſacris diptychis pro-
ſcribebantur. Quamobrem Hinc marcus Rhe-
meniſus Archiepifcopus, decessoris ſui Ebonis
depositi nomen in diptychis adſcriptum ſecurè
fe tolerare, vel recitare poſſe non exiſtimavit,
niſi ſedis Apoftolica more recepto ſuę
Eccleſia accederet auctoritas: quare conſulut
Nicolaum Pontificem in hæc verba:
Denique prefato Ebone defuncte Eccleſia, ſed & pa-
rochia noſtra ſecundum conſuetudinem, quam ex an-
tiquo habuit (etiam de bis, qui in Epifcopatu uſque ad
obitum in eadem Eccleſia non permanerunt) ipſius
nomen inter ſacrosanctis mysteria in Epifcoporum
catalogum recitare pietatis gratia capi, & hædenus
ſecundum ego ne scandalizarem devotos, quaſi in-
videns ſaiuſi fraterno, maxime autem quiescentis in
Domino anima, qui non pro exorbitatione in Catholi-
ca fidei ſanctitate, ſed ſuā conſientia ſimulante pri-
mum a ſe ipſo, & poſtea à Synodo, ſed & Apoftolica
Sede damnatus exiſtit, hoc prohibere ſine Apoftolica
Sedi auctoritate nequaquam preſumpſi: dicente B.
Cœleſtino Papa, quia nefas eſt hec pati religiosas ani-
mas, quarum afflictione (quia membra noſtra ſunt)
nos quoque convenientiaſi erari. Reſcribere mihi digne-
tur Apoftolica veſtri auctoritas, utrum eundem Ebo-
nen inter Epifcopos in ſacris diptychis in Eccleſia no-
ſtra nominare permittam, an ne de cetero in Epifcopo-
rum catalogo nominetur, prohibere debeam. Recert
Sauſley in apparat ad Martyr. Gallic. c. 8. alia dat
Alteſerra dict. cap. 17. Merito ergo cùm in pra-
fenti caſu Epifcopus hæreticos inſtituens hæreti-
cos, conſanguineos, vel extraneos, foveret hære-
ticos, in excommunicationemque incideret, ideo
eius nomen non recitatetur inter Missarum ſolen-
nia.

7.
Difſolvi-
tur ratio
dubitandi

Nec obſtat dubitandi ratio ſuprà adducta;
nam præſens textus accipiens eſt de Epifcopo,
qui teſtamentum condidit de bonis patrimonio-
libus, de quibus licet inter extraneos, aut con-
ſanguineos diſponere licet, & validè poſſit, jux-
ta tradita in cap. 1. de teſtam. tamen hæreticos
inſtituere non poterat, non ex defectu dominij,
quod verum in ipſis bonis habebat; ſed propter
incapacitatem hæreticorum, qui teſtamenti facili-
onem poſitivam non habent, ut ſuprà probavi,
& dicam in ſequenti capite. Nec obſtat
primum augmentum ipſius difficultatis, nam
licet criminis regulariter morte extinguantur, ta-
men cùm delicta graviora ſunt, ut laſa Majesta-
tis diuinæ vel humana, etiam poft mortem re ad
inquiſi-

inquisitionem, & punitionem proceditur, cap. sanè, 24. quest. 2. cap. accusatus. cap. filii. §. in eo, hoc titul. in 6. l. Manichaeos, C. de hereticis. Concil. Biterrense can. 18. l. 4. §. in mortem, C. hoc titul. l. 3. 4. & ult. C. de apost. Quod circa Harecos non carcer exemplis, siquidem Origenes 200. annis post mortem damnatus fuit. Socrates lib. 6. cap. 5. Item Theodorus Mousatenus in Synodo s. generali, ut probat facundus Hermien. pro defensione triam capitulorum Concilii Chalcedon. lib. 8. cap. 5. & lib. 10. cap. 4. Ex quibus locis petenda est vera explicatio capitum 5. & 7. 24. quest. 2. Plura Simanches de Catholicis infir. cap. 4. num. 4. Torreblanca lib. 13. de jure spirit. cap. 6. Transmica in stimul. s. dei. quest. 6. cap. 2. ut similius memoria reorum damnetur, l. si quis filio 6. §. 8. ff. de injusto rapto, l. cum hic 32. §. 5 ff. de donat. inter, l. cum filius 76 ff. de legat. 2. §. final. l. 6. & 7. C. ad leg. Iul. majest. §. interaum. Infr. de heredit. que ab intestato. Amaya suprà, Barbosa in l. filius, num. 17. ff. de judic. Vela disert. 11. numer. 59. Carea 2. part. titul. 19. §. 1. Ant. Leonc. decif. 82. numer. 2. P. Herodius lib. 1. rer. judic. tit. 6. cap. 22. & ex Magistratum albo nomen eradebatur. Tullius in oratione pro Sextio, ibi: Sic appellandi sunt Consules. quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis erellendos non putet. Hoc modo legimus apud Suidam, sub Imperatore Archadio Eutropium ex Consulim albo deletum; & apud Nicephorum Calixtum lib. 3. hist. Eccles. cap. 4. ibi: Lex autem opera ejus lata, ex publicis monumentis sublata. & nomen eius e catalogo, & nomenclatura Consulim expunctum est. Cassiodor. lib. 10. hist. tripart. cap. 4. & de ipso Imperatore Arcadius & Honorius in l. 17. C. Theodos. de pœnis, ita fanxerunt: Ut eiusdem universis actibus antiquitatis, omnia mutescant tempora, nec eius enumeratione facilius nosfrilabes appareat. Et sub eisdem Imperatoribus funestorum Consulim nomen aboliri iussum est, ut corum tempus quasi non fuerit, aestimetur, l. valeat 9. C. Theodos. de confirm. ius quo sub tyran. Referunt Socrates lib. 6. hist. cap. 5. Marcellinus Comes in ebon. Claudianus lib. 2. in Eustrop.

Illicitas Consul pœnas te Consule solvit:
Annus qui trabeas hic dedit exilium.
Infaustum populus in se quoque vertitur omen:
Savit in autorem prodigiosus honor.
Ablato penitus respirant nomine fasti.

Unde fluxit, ut annus ille non nisi nomine Theodori Consulis signaretur, ut testatur Suidas, indicantque Theodosiani Codicis plures constitutions, quibus Theodori Consulis nomen in temporis annotatione solummodo inventur, explosa Eutropij Consulim memoriam, ut videre est in l. 15. C. Theodos. de pagan. l. 28. de naviculariis, l. 1. de navibus non excusandis, l. 11. de agentibus in rebus, l. 19. C. de Iudeis, l. 35. de hereticis, l. 58. de appellat. l. 34. de Episc. & Cleric. l. 6. de quaestoribus, l. 61. de Decurionibus, & sexcentis aliis. Facit Leo Magnus epist. 38. ad Anatolum, ibi: De nominibus Dioscori, & Iuvenalis, & Euastachii ad sacram altare non recitandis dilectionem tuam hoc decet custodiare, quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerint, quodque honorando S. Flaviani memoria non repugnet, & à gratia tua Christiana plebis animos non avertat. Nam iniquum nimis est, atque incongruum, eos qui innocentes & Catholicos suā persecutione vex-

arunt, Sanctorum nominibus sine discretione miscerit. sicut è contra eorum est, ut Catholicos, qui in vita ab hereticis condemnati, ab Ecclesiis suis ejeci, & ecclesiaistica sepulturā, vel inter Sanctos memoria honore substituti sunt, restituuntur. Sic memoria Origenis post ducentos annos damnata fuit opera Theophilii Episcopi Alexandrini, teste Socrate lib. 7. Eccles. hist. sicut è contrario Leonis, Flaviani Eu-phemii, Pauli, Ioannis Chrysostomi, aliquorunque Sanctorum Patrum nomina, qui ab hereticis damnatae honore substituti fuerunt, post mortem restituti sunt, ut referatur in hist. tripari. lib. 10. cap. 18. nam restitui, vel conservari memoriam post mortem usitatissimum fuit, sicut & ab aliis ob gravia delicta: hinc conservata est memoria Lucano Poëta à nerone, qui eum supplicio affecerat, quia Romę ita legitur: M. Aeneo Lucano Cordubensi Poëta beneficio Neronis Casaris fama servata. Hinc eti. Senatusconsultum Pegasiū dicatur factum Pegasio, & Pusione Consulibus in s. sed quia, Infr. de fideicommiss. heredit. & Trebellianum Trebellio, Maximo, & Seneca Consulibus, l. 1. ff. ad Trebel. tamen nomina Pegasii, Pusionis, & Senecę non reperiuntur in fastis Consularibus, quia cum eorum memoria damnata esset, nomina ex ipsis fastis erata fucrunt, ut notavit Fornerius lib. 2. rerum quotid. cap. 18. & plura de tyrannorum nominibus deleta s. publicis tabulis concessit Baronius anno 98. n. 4206 num. 1. 309. num. 2. 314. n. 2. 394. n. 1408. n. 6. 410. num. 1. & 424. num. 1. Nec tantum nomina similius reorum ex publicis tabulis eradebantur, verum & ipsorum effigies, & statue dejeicabantur, titulis que luto deturpabantur, l. eorum 24 ff. de pœnis. Tacitus lib. 5. annal. ibi: At Rome principio anni, quasi recentis cognitis Livia flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atrocis sententiæ dicebantur in effigies quoque, & memoriam ejus. Idem Livius lib. 14. ibi: ac primum in vestibuli effigiem patris Sili consulito Senatus abolitam demonstrat. D. Ambrosius de interpol. lib. 3. cap. 10. Vide quemadmodum in civitatibus bonorum principum imagines perseverent, delectantur imagines tyrannorum. Suetonius de Domitiano mortuo: Senatus adeo latatus est, ut repletā certatim Cariā non temperaret, quin mortuū contumeliosissimo acclamationum genere laceraret; scilicet etiam inferri, clypeo que, & imagines ejus coram se trahi, & ibidem solo affigi juberet, novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. Lamprid. in Eliogabalo: Misit qui & in castris statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis. Capitolinus in Gordiano, ibi: Appellatq. Gordiano Imperatore, juvenes, qui autores hujus fac noris erant, statuas Maximini dejeicerunt, imagines persegerant, nomen publicitas eraserunt. Illustrant Revardus lib. 3. conject. cap. 16. Altamiranus de filii official. cap. 17. Turturatus in parallelis cap. 27. Desider. Herald. lib. 1. de auctor. rei judic. cap. 13. ad finem. Duran. Caffellius lib. 2. var. cap. 16. Lypsius ad Tacitum lib. 6. annal. num. pag. 235. Gentilis de conjurat. lib. 1. pag. 85. Beroaldus ad Suetonium Domitiano cap. 13. & ult. Opingius de jure insign. cap. 21. num. 260. Spondanus anno 98. Revardus 3. conject. cap. 16. Recte ergo in praesenti cum Episcopos tanquam suspectus de heresi excommunicatus decessisse credatur, ideo post mortem anathematizatur, & nomen ejus à diptychis Ecclesiae eruditur.

Nec

Nec obstat ultimum augmentum ipsius dissimilitudinis, pro cuius solutione sciendum est, valde controversum esse inter Doctores, an defunctus excommunicari possit? In qua questione ob crimen hæresis, & similia defunctos excommunicari post tenerunt Glossa in presenti, verbo post mortem, & verbo permittatur, in cap. Iudei, de Iudeis. Richardus in 4. dñst. 8. art. 5. quæst. 4. Gabriel. Ibidem quæst. 2. art. 2. corollar. 4. Et ita sapius hæreticos post mortem anathematizatos legimus in 5. Synodo Constantinop. auct. 5. ad medium, & auct. 8. post principium: ubi agitur de condemnatione Theodori hæretici jam mortui: & in Nicen. 2. in epist. Sinod. ad Constantiū, & Iren. ubi plures hæretici mortui anathematizantur: apud Cyrillum lib. 1. de eo, quod unus est Christus, & in epist. ad Marcianum. D. August. ad Bonifacium, & ad Cecilianum: apud Iustini Imperatorem in epist. ad Ioannem Papam II. quæ extat interacta Synodi 5. cap. 6. 2. 4. quæst. 2. ubi referatur, quod Synodus Theodorum post mortem anathematizavit; nec id novum esse, sed jam olim usitatum in Valentino Basilide, Marcione, Cœrintho, Manichao, Eunomio, & Bonifacio: idem usus probatur testimonii Synodi Chaledon. Socrates lib. 6. cap. 10. & 7. capit. 4. Nicephor. lib. 7. hist. cap. 27. & 28. Liberat Carthag. cap. 13. sive breviculi, qui referunt Orientem post mortem anathematizatum fuisse. Ex quibus proxim hanc Ecclesiæ probant Pamphilus in epist. 66. D. Cypriani, Ant. Augustini in ep. juris lib. 11. titul. 11. Contraria vero sententia, scilicet non posse defunctum excommunicari, tenetur communiter tam Theologi, quam Canonista: quos referunt Castro lib. 2. de justa hæretico. pun. cap. 19. & 20. Covar. in cap. alma, 1. part. §. 1. num. 8. Theophilus tom. 14. de litter. monitoriis, lib. 2. cap. 2. fol. 415. Suare de censur. disput. 5. sccl. 1. num. 3. Avila eod. tract. 2. part. cap. 4. disput. univ. dub. 8. Bellarminus lib. 1. de indulg. cap. 2. 4. quæst. 2. Azor part. 2. infra lib. 5. cap. 26. quæst. 2. Villalobos in auct. 16 difficult. 14. Gibalnus de censur. disput. 3. quæst. 2. conscl. 15. pro quibus faciunt textus in cap. 1. cap. legatur, & alii congettati à Gratiano in causa 24. quæst. 2. & ea ratio, nam mortuus non est amplius sub jurisdictione Ecclesiæ, quæ nec ligare, nec absolvere potest, nisi viatores, non vero jam vitiæ functos, ut nervosè probant Leo Magnus epist. 90. alias 92. ad Rusticum Narbonensem: Gelasius Papa epist. 4. & 11. Facundus Hermianensis lib. 8. pro tribus capitul's, cap. 2. & lib. 10. cap. 4. Sed in hoc Interpretum dissidio sequentes casus distinguendi sunt. Primus cum agitur de defuncto censuris ecclesiasticis afficiendo, post mortemque damnando, ob delictum in vita perpetratum; & talis condemnatio iuri repugnat, cum non detur subjectum capax, in quod feratur censura. Secundus est, cum ipse propter crimen in vita admisum, aut in supremo vite spiritu consummatum, excommunicationem ab homine, vel à jure impositam contraxit, & ita delictum, nam talis peccator potest post mortem excommunicatus declarari quoad secundarios effectus, quorum defunctus capax est, velut ad sepulturam ecclesiasticam, sacrificia pro eo non offerenda, erosionem nominis ex tabulis Ecclesiæ, & similia. Ratio vero quare licita sit hujusmodi sententia declaratoria, petenda est ex discrimine quod versatur inter ipsam, & senten-

tiam condemnatoriam; nam sententia hæc respicit tempus præteritum, & declarat delictum fuisse commissum, atque poenam iure ipso fuisse incursum: at vero sententia condemnatoria respicit tempus praesens, & poenam de novo imponit: quare ferri non potest, nisi in personam, in quam judex exercet suam jurisdictionem: itaque poterit defunctus declarari excommunicatus, licet excommunicari non possit. Nec hæc sententia declaratoria excommunicationis ante mortem incursum restringi debet ad crimen hæresis, ut voluit Glossa in presenti; nam eadem ratio militat in ceteris criminibus, quibus annexa est excommunicationis: si enim quis illam incurrit, quamvis occulere, poterit deinde post mortem declarari excommunicatus, ut docuerunt Gibalinus dicitur conscl. 5. Coriolanus in notis ad Concil. Afric. 1. anno 257. fol. 25. summa. Hucusque tradita de excommunicatione defuncti, intelligenda etiam sunt de ejus absolutione à censura, quam vivens contraxit. Et Ecclesiæ solitam esse eam absolutionem mortuis impendere, constat ex cap. a nobis 28. cap. sacrif. de sentent. excomm. Concil. Arlat. 2. can. 12. Concil. Vafense can. 11. Toleto. 11. can. 12. & aliis relatis ab Albaspinco lib. 1. obs. cap. 10. Exemplis illustrat Rousdilius lib. 8. hisp. Pont. jurisd. cap. 1. num. 28. Unde Constantinus Porphyrogenita, cum Leo pater ejus esset excommunicatus, petit à Patriarcha, & Episcopis, ut patri suo etiam post mortem communis decreto delicti remissionem concederent, ut referatur in Concilio apud Trostiam. Anno 921. Erlebaldus Comes excommunicatus post mortem absolutus fuit, ut refert Flodoardus lib. 4. hist. cap. 16. ex quibus constat, redditum fuisse defunctis jus communionis, quo privati decederant admittendo ad altare oblationem pro eis factam: quæ absolutione non tam cadit in ipsum mortuum, quam in vivos, quibus permittitur exercere actiones aliquas circa defunctum, quæ ratione excommunicationis, in qua deceperat, licet non erat, eo quod cum mortuis communicamus per hujusmodi actiones, videlicet ecclesiastica sepulturam, & communis suffragia, quibus privatitur excommunicatus defunctus & que ac vivus, etiam in statu gratiae deceperit, ut probavi in e. sacrif. de sepultur. quod facile probatur ex probatissimis historiis, & SS. actis, de mortuis excommunicatis, qui vili sunt aut tumultu abcedere, aut ex templo exire dum divina officia celebrarentur, donec absoluti fuerunt ritu ecclesiastico. Quæ exempla congetterunt Benedictus Haephrenius in vita Sancti Benedicti, c. 23. Theophilus Raynaud. 2. p. de litter. monitoriis, cap. 3. num. 1. per hanc enim absolutionem restituebatur memoria defuncti, ut apud Romanos legimus post mortem famam restitutam Lucano, & aliis, ut refert Fornerius lib. 2. rer. quorid. cap. 19. Sed licet juxta proxime traditi textus hic accipi possit de declaratione post mortem facta, adhuc tamen verius credo, in praesenti non agere PP. Concilii Afric. de excommunicatione infligenda, vel declaranda post mortem, sed de anathematizatione, quæ erat tantum separatio, ejusque peccatoris à ceteris fratribus, Episcopis, iustis, qui in pace quieverunt; hoc enim significare anathema probavi in cap. cum non ab homine, de iudicio. Dum ergo PP. in praesenti jubent Episcopo instituenti hæreticos faltem post mortem anathema ei esse dicendum, & nomen

nomen ejus inter Dei sacerdotes non esse recipiendum, sancire videntur, similem Episcopum ejiciendum esse à consortio, & numero cæterorum Episcoporum, nec ejus nomen esse ex dip-

tychis defunctorum cum aliis fideliter, pièque

defunctis recitandum, ut cognoscatur eum obstantum facinus anathema esse, id est separatum, & ejusdem à consilio, & numero aliorum fratrum, & sacerdotum.

C A P V T VII.

^a Ex eodem.

IN eos, qui Catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint, Episcopi, vel Presbyteri nihil conferant. Denique hoc, quod de Episcopis, & Presbyteris dictum est, debet de reliquis clericis exaudiri.

N O T A E.

i. ^a **E**x eodem. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 9. & canon hic est 13. Concilii Carthag. 3. in qua Synodo apud Theodorum Balsamon. ordine 25. ita habetur: Ut Episcopi, & clerici in orthodoxos Christianos nihil conferant; & si sint adhuc cognati, nihil per suarum rerum donationem, ut dictum est, Episcopi, vel clerici in eos conferant. Et in can. 22. Codicis Ecclesiæ Africanae, apud Iustitium ita legitur: Et ut in eos, qui Catholicos Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, per donationem rerum suarum Episcopi vel clerici nihil conferant. Cum enim iure civili attento in hereticos aliquid donationis legati, vel institutionis titulo transferri non possit, l. 7. C. Theodos. de hereticis. Vbi Theodosius ita statuit: Si quis Manicheus, Manichæus ex die late dudum legis, ac primitus a nostris parentibus, in quamlibet personam condito testamento, vel cuiuslibet titulo liberalitatis, atque specie donationis transmisit proprias facultates, vel quisquam ex his addita per quamlibet successionis formam collatione ditatus est; quoniam ipsis sub perpetua justæ infamie nota restandi, ac vivendi jure Romano omnem proximus eripimus facultatem, neque eos relinquenda, aut capienda atque ius hereditatis habere finimus potestatem, totum fisci nostri viribus imminentis indagatione societur. Quam legem ad Donatistas protrahi voluerint Patres ipsius Concilii Carthag. in can. 93. Synodi Africanae, per hæc verba: Petendum etiam, ut lex, quæ hereticis, vel

ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capienda, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate badens reperatur, ut eis relinquendi, vel suadendis admittat, qui pertinacie furore cœcati, in Donatistarum errore perseverare voluerint. Ceterum illis, qui consideratione unitatis, & pacis se corrigerent voluerint, absque interdicto hujus legis capienda hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore heretico constitutis, aliquid ante donationis, vel hereditatis obvenit: his sane exceptis, qui late pulsati prius averti ad Catholicos transiundum, quia de talibus credendum est non metu cœlestis judicij potius quam terreni commodi aviditate unitatem catholicam præceptasse. Unde ad petitionem ipsorum Patrum predicta Theodosii sanctio repetita fuit ab Honorio in l. 4. C. Theodos. ne sanctum baptismum, in hæc verba: Sicut igitur queritur baptismum non timuerint, aut qui consentiendo hoc facinus propria hujus societas per mixtione non damnaverint, non solum testandib; verum adipiscendi aliquid sub specie donationis, vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam degagatam. Quare meritò in praesenti canonio idem circa Episcopos & clericos statuerunt, aliqua bona donantes, vel relinquentes hereticis, ac generaliter statuerunt Imperatores circa laicos insitentes hereticos, vel quid illis donantes; & etiam laicos eo casu puniri, ut Episcopos & Presbyteros, notarunt Zarabel. hic Riccius de jure person. capit. 44. numer. 12.

C A P V T VIII.

Alexand. III. ^a Rhemen. Archiepiscopo.

Et cum Christus perfectus Deus, & perfectus sit homo, mandamus, quatenus sub anathemate interdicimus, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

N O T A E.

^a **R**hemensi. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 5. & post Council. Lateran. part. 49. cap. 20. de Metropoli Rhenensi nonnulla adduxi in cap. 17. de officio Ordin.

COMMENTARIUM.

Vbetur in præsenti ab Alexandro III. ne quis dicat Christum non esse aliquid, secundum quod homo; hoc est ne dicatur, ut Eutyches putabat, nihil manere vera humanitas, sed solam divinam naturam, in quam conversa substantialiter fuerit natura humana. Hunc errorem Eutychetis sequuti sunt aliqui Magistri scholæ Parisiensis,